Deus est et pro ipso adipiscendo tantum fueris non est sicut putas. Neque dilectio quam habuerunt
filii Zebedei qui consessum dextere et sinistre petierunt in regno eius quoddam aliud
cogitaverunt alienum et diversum ab illo bono, et pro eo adipiscendo aliquomodo
illi adheserunt donec in cepati mutati veritatem cognoverunt et intentionem correxerunt.
Putaverunt enim quod pro deo serviendo esset, pro eo quod ipse non esset quod intellexerunt ipsum esse
bonum quod solum amandum est propter se ipsum, et quicquid amandum est propter ipsum amandum
est propter ipsum. Quod tanto amant felicius quanto ardentius. Qui hoc amat se
ipsum amat quia bonum suum amat, et vere amat quia verum bonum amat. Prop-
terea scriptura non dixit: ut diligas te ipsum, ne forte errares et putares in
diligendo te et illudendo huic quod foris est modo et suavia carni tue e-
stimare quod te sic diligere deberes, et occasionem sumeres a scriptura ut solam car-
nem tuam foveres et animam tuam negligeres. Ex hoc non dixit ut te ipsum diligas,
ne hoc intelligeres ut magis diligeres et hoc negligeres, ut periculosius deperires. Non quod
dixit ut te ipsum diligas, non tamen omnino tacuit cum dixit: ut deum tuum diligas. Cum
enim diligis deum tuum, diligis bonum tuum, et melius bonum, et meliori bono;
et cum diligis bonum tuum, diligis te ipsum.

Quantum autem diligere debeamus bonum nostrum quod deus est, scriptura nobis mani-
festat cum dicit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota
mente tua et ex tota anima tua. Quasi diceret: Non est preceptio ut tantum diligas tantum
deum tuum. Quantum potes tantum dilige; possibilitas tua erit mensura tua. Quanto
plus amas tanto plus habes, et quanto plus habes tanto felicior es. Extende ergo
et dilatare quantum potes ut totum impleas quod intra est, et in se illud totum capias quod in illo
est. Noli timere quasi deficere debeat ille, si nimis capax fueris. Quantumcumque
potes. Numquam tamen potes quantum ipse est. Si tamen potes [illegible] esse. Nec autem
crescere in illo potes, et ipse in illo non potes. Cresce ergo et proficere. Quanto maior eris
in bono tanto melior eris. Si summus esse, optimus esse. Nec quia summus esse
non potes, potes esse in summo. Et magnum tibi hoc est, et et hoc tu magnus es si in sum-
mo es; et tanto utique maior quanto altior ascendis ad eum quem diligis. Sursum